

7 Autarcia in defectu opponitur contemptus divitiarum, quo homo de divitiis justè acquirendis nullam curam suscipit.

Exempl.
A.

2.

SCHOL. Dicitur Græcè ἀφιλοχρηματία. Plato interrogatus, quantas opes habere conveniret, respondit, quantæ possidenti neque insidias patiunt, neque rerum necessariorum inopiam. Polycratès rex Samiorum, Anacreonti poëtæ quandam pecuniam dono dederat, sed Anacreon, quum duabus noctibus propter illam pecuniam somno caruisset, reddidit eam regi his verbis: οὐ πικρὸν δὲ αὐτῷ τῆς φροντίδος. q. d. Tanti curam non emo; sic refert Gyraldus.

~~~~~

### Cap. X. De Modestia.

SEQUITUR nūc illa virtus moralis, quæ moderatur desiderium circa honores, videl. Modestia.

2. Modestia est virtus moralis, appetitum & studium honoris moderans.

Triples Signi-  
ficatus Modestiae

SCHOL. Modestia significat 1. Verecundiam. 2. Humilitatem. 3. Moderamen in appetendis honoribus, ut in hoc loco. Vulgares Modestiam accipiunt de honoribus minoribus, & in specie vocant μεσότητα mediocritatem, distinguuntq; à magnanimitate, quæ in magnis honoribus propter virtutem debitis occupatur, cujus connexum est sublimior conditio, & eminentior status, quæ dignitas in præcellentibus personis dicitur μεγαλειότης, Latinè majestas. Rectius tamen Magnanimitas species fortitudinis constituitur, vide cap. 13. Nobis Modestiae vox generalior est, scil. de magnis & parvis honoribus. Græcè φιλοψυμία, voce in bonam partem acceptâ. Quum enim unusquisq; honoris sui defensor esse teneatur, facile apparet, vocem hanc in partem bonam accipi posse, ut φιλόψυμος etiam dicatur, qui debito more sui honoris amans est. Nemo enim seipsum abjicere debet. Hinc Christum legimus aliquoties suum honorem asseruisse à Judæorum calumpniis, ut Joh.

ut Joh.